



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Bassa Cum FF. MM. 21. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

do, ut certantibus his stipem auferre, barba etiam regis spolium manibus appetentium cederet. Et hoc ipsum conquestus familiariter VIRGINI STEPHANVS fertur, durius ab ejus militibus se acceptum, quam ab hostibus sperare potuisset. Sed pilumne ille amitteret, qui liberalem manum multis annis à morte integrum orbi ostendit? Hanc obiit ipso VIRGINIS assumptæ die. Huic moriturus unicè iterum se regnumque commendavit. Felices Ungari, si testamenti STEPHANI meminerunt! Ex Surio.

Si est ascendendi ad superna possiblitas, si est facultas vivendi in caelibus, quare non calo mutamus terram? quare non eaducis emimus aeterna? quare non periremus manentia comparamus? S. Pet. Chrysol.
serm. 124.

S. BASSA CUM FF. MM. 21. Augusti.

BASSA non tam tergeminio filiorum partu, quam morte felix vixit sub ea tempora, quibus Maximiani ferro longè plurimi Martyres virerunt, Dæmonum sacrificulo, hoc est, agna lupo juncta. Sed & filii matrem vultu, non patrem regulerunt, utpote omnes Christiani. Eam ob rem unâ in jus iniquissimum rapti, accusante ipso filios patre, & uxorem marito damnante. Primum ex equuleo pendere viderunt cæli & laudarunt THEOGNIVM membris lacerum, animo integerum. Alterum AGAPIVM virgæ non puerum sed virum probarunt & sine cute jam suâ fortitem quam in alienis exuviis Herculem. Alia item tormenta tertium fratrem sanè Germanum probarunt. Omnes igitur eodem gladio cæsi, eadem palma coronati: ad quem nuncium BASSA plus ali-

aliquanto exsiliit gaudio , quām si uno die vicisse omnes in Olympicis audiisset. Interea hanc carcere & fame vexatam Angeli cibo suo recrearunt, ut suum terræ jam minimè invideret BASSA. E carceribus ubi prodiit, ignem, aquas, lapidantium manus & Deos ipsos humi dejectos femina triumphavit. Triumphum splendidiorem feræ immisæ reddiderunt , quas cicurare virtus potuit, non tyrannum , qui toto mari obruere triumphum BASSÆ voluit. Sed in fluctus abjectam matrem gloriose è cælo filii naviculâ excepere & ad portum in columem deduxere. Verum illa potius cælestis litus spectabat. Atque ad hoc octiduo post et si cruribus fractis & sine capite , enatavit tamen per sanguinem suum. Ex Men.

Subducti terris speculemur cælum , ut ducatu signorum celestium , gubernante Christo , flante Spiritu sancto , evictis voluptatum spumis , superatis vitiorum fluctibus , atque omnium delictorum naufragiis evitatis , lucrum vitæ & gaudia Resurrectionis intremus . S. Pet. Chrys. serm. 8.

S. SYMPHORIANUS M. 22. Augusti.

ANNO post Deum hominem CC. XXIII. SYMPHORIANVS juventutis Augustoduni in Gallia princeps, quod cultum Diis negasset, iussu Heraclii , qui pro Valeriano illic furebat , in vincula est abreptus , sed quæ ille dignæ nobilitate Christianâ monilia putavit. Pugnabat in fortissimum juvenem geminâ acie tyrannus : hinc agmen minæ, verbera, flagra, illinc blanditiæ , munera ac promissa ducebant : perrupit tamen martyrum utrumque cornu , & illud constantiam , hoc etiam risu vicit fuditque. Sed victorem pessimus judex

22. Au
ad gla
ferri t
phum
phant
triump
tecum
rem fil
rannu
tuus ha
fallor
bit. Si
juvat
dera, &
milia i
lium v
Qu
Deum
venit a
ium con
teris, co
S. BE

Eni
DVM
per virg
indiget
id The
nodo l
umanu
zgitud
Cynthia
reddat,
dies int